UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Commvnio Sanctorvm. In Eccesia [!] Catholica

Fide & praxi frequentata. Catholicis ad devotionem. Acatholicis ad informationem. Proposita Ex PP. Soc. Jesu

Coloniæ, 1654

S. Barnabas Apost. S. Parisius pr. SS. Felix & Fortunatus. 11. Junij.

urn:nbn:de:hbz:466:1-44916

Visual Library

S.Barnabas Apoſt.S.Pariſius pr.SS.Fe-
lix & Fortunatus.11. Junij.

Timor Domini.

Eſt caſus miſerrimus dum animus
humanus in ſuis iniquitatibus pro-
ſperatur. *Auguſt.*

Deus qui nos B. Barnabæ Apoſtoli
(B. Pariſii pr. SS. Felicis & Fortu-
nati) meritis & interceſſione lætificas
concede propitius, ut qui tua per eum
beneficia poſcimus, dono tuæ gratiæ
conſequamur. Per D N. Jeſum &c.

Ora pro converſione hæreticorũ &c.

1. S. Barnabas cum B. Paulo Apoſtolorum in numerum aſſumptus Antiochiæ, Tarſi, Mediolani & alijs locis Chriſti fidem diſſeminavit: tandemque in Cypro cruciatibus multis affectus, Martyrio Coronatur ſub Nerone

2. S Pariſius presbyter Camaldulenſis Monachus Monaſterio Virginum, Sacrarum 77. annis Spiritualis Pater præfuit integerrimo ac prophetico Spiritu præditus & exceſſit A. 1267. natus annos 107.

3. SS. Felix & Fortunatus fratres, in perſecutione Diocletiani & Maximiliani equuleo ſuſpenſi, atque ardentibus lampadibus circa eorum latera appoſitis torti, illis diuina virtute extinctis per Ventrẽ feruenti oleo perfuſi, demum capite truncati ſunt.